VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 62r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

uocauit rex iudeos in auxilium.
Et conuenerunt omnes simul ad
eum. et dispersi sunt omnes per ci
uitatem. et occiderunt in illa die. c.
milia hominum. et succenderunt
ciuitatem. et ceperunt spolia mul
ta in illa die. et liberauerunt re
gem. Et uiderunt qui erant de ciui
tate quod optinuissent iudei ciui
tatem sicut uolebant. et infirmati sunt
mente sua. et clamauerunt ad re
gem cum precibus dicentes. Da nobis
dextras. et cessent iudei oppugnan
tes nos et ciuitatem. Et proiecerunt
arma sua et fecerunt pacem. Et glori
ficati sunt iudei in conspectu regis. et
in conspectu omnium qui erant in re
gno eius. et nominati sunt in regno.
et regressi sunt in ierusalem habentes spo
lia multa. Et sedit demetrius rex
in sede regni sui. et siluit terra in
conspectu eius. et mentitus est omnia que
cumque dixit. Et alienauit se ab iona
tha. et non retribuit ei secundum beneficia
que sibi tribuerat. et uexabat eum ual
de. Post hec autem reuersus est tripho
et antiochus cum eo. puer adole
scens et regnauit. et inposuit sibi
diadema. Et congregati sunt ad eum
omnis exercitus quos disperserat de
metrius. et pugnauerunt contra eum.
Et fugit et terga uertit. Et accepit
triphon bestias. et obtinuit antio
chiam. Et scripsit antiochus a
dolescens ionathe dicens. Consti
tuo tibi sacerdotium. et constituo te
super. iiii. ciuitates. ut sis de amicis
regis. Et misit illi uasa aurea. et
argentea. et ministerium. et dedit
ei potestatem bibendi in auro. et esse
in purpura. et habere fibulam aure
am. Et symonem fratrem eius constituit du
cem a terminis tyri usque ad fines
egypti. Et exiit ionathas. et peram
bulabat transflumen ciuitates. et

congregatus est ad eum omnis exercitus
syrie in auxilium. Et uenit asca
lonam. et occurrerunt ei de ciuita
te honorifice. Et abiit inde gazam.
et concluserunt se qui erant in gaza.
Et obsedit eam. et succendit que in
circuitu erant ciuitates. et predatus est
eas. Et rogauerunt gazenses iona
than. et dedit illis dexteram. Et
accepit filios eorum obsides. et misit
illos in ierusalem. et perambulauit re
gionem usque ad damascum.
Et audiuit ionathas. quod preuari
cati sunt principes demetrii in
cades que est in galilea cum exercitu
multo. uolentes eum remouere
a negotio regni. et occurrit illis. fra
trem autem suum symonem reliquit
intra prouintiam. Et applicuit sy
mon ad bethsuram et expugnabat
eam diebus multis. et conclusit eos.
Et postulauerunt ab eo dextras acci
pere. et dedit illis. Et eiecit eos inde
et cepit ciuitatem. et posuit in ea pre
sidium. Et ionathas et castra eius
applicuerunt ad aquam gennesar.
et ante lucem uigilauerunt in cam
po asor. Et ecce castra alienigenarum
occurrebant in campo. et tendebant
ei insidias in montibus. ipse autem oc
currit ex aduerso. Insidie uero exsur
rexerunt de locis suis. et commiserunt
prelium. et fugerunt qui erant ex parte
ionathe omnes. et nemo relictus
est ex eis. nisi mathathias filius absa
lomi. et iudas filius calphi. prin
ceps militie exercitus. Et scidit io
nathas uestimenta sua. et posuit
terram in capite suo et orauit. Et
reuersus est ad eos in prelium. et
conuertit illos et pugnauerunt.
Et uiderunt qui fugiebant partis
illius. et reuersi sunt ad eum. et
insequebantur cum eo usque cades ad
castra sua. et peruenerunt usque illuc.